1780

in eadem bona iam exnunc dat et admittit realem intromi
cum actuali ac pacifica possessione per Ministerialem Regni Gnalem
et Nobiles duos accessitandam. Insuper idem ipse recognit
de omnibus in genere et singulis in specie bonis suis mobilibus
et immobilibus successores suos ad id deve eisdem bonis onerando sub-
mittit et inscribit eundem suum tenutarium et ipsos posteri-
ros occasione praedictorum bonorum ab omni impedimento iuridico
quarumvis personarum propinquarum et remotarum cuiusvis
sexus status et condonis toties quoties durante eiusmodi iure
obligatorio opus fuerit tueri defendere evincere et liberare
intercedere et solus tam per se quam per quasvis submissas ab eo
subordinatas personas non iniuriari sub vadio simili aliorum
quadringentorum Florenorum Polon. in casu suppeditati possessionis
seu non praestitae evictionis ad solvendum succumbendo et
coram officio praesenti cui se hac in parte cum bonis et possessionibus
suis incorporat in primo citationis termino peremptoria responsione
ac satisfactione. Omnibus contrariis exceptionibus allegationibus
dilationibus quibusvis appellationibus ac earum prosequutionibus ali-
isque in universum iuris remediis et defensis legalibusque impe-
dimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores
vi abscribendo.

Franki Dąbrowa Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Branscen personaliter comparens
Nobilis Joannes olim Mathaei Frankowski de Franki Dąbro-
wa haeres sanus mente et corpore existens palam ac libere et recognovit
Quia Nobili Stanislao Frankowski fratri germano bona sua omnia
mobilia et immobilia in haereditate Franki Dąbrowa tantum
consistentia se recognitem post parentes utrosque iure naturali
succedens concernentia in areis hortis agris pratis campis syl-
vis rubetis aedificiis omnibus seminatis et tota substantia
ac supellectili domestica cumque omnibus utilitatibus nullis
exceptis, ac cum omni iure dominio proprietate propin-
quitate ac titulo haereditario excepta una area a via versus
borram tendens ad prata protendens prout continetur pu-
ra mera sincera ac irrevocabili donatione dedit donavit
et resignat

et resignauit perpetuis temporibus. Cui tamen ex nunc realem Intromissionem cum actuali ac pacifica possessione perillem et Klem duos officiose acceptandam dat et admittit. Submittitque se ac de bonis suis gnali omnibus inscribit idem ipse recognus cum suis posteris eundem donatarium et ipsius successores ab omni impedimento iuridico quarumuis personarum tueri et euincere nec solus per se et per submissas personas non iniuriari. Submittitque se adhuc Klem Zopski omnem consortem suam ad approbandam praesentem inscriptionem cum amicis ex linea eius proximioribus coram actis Terrestribus Przemislien. in primis et proximis Terminis Terrestribus statuere sub tamen Terrestribus simpli taxatis. Et coram officio praesenti Castrensi Branscen. perempta in prima citatione termino remissione omnibus contrariis exceptionibus allegationibus dilationibus euasionibus motionibus appellationibus earumque prosequutionibus aliisque quibusuis iuris remediis se uti abrenunciando.

Frankowski **Debitum.**

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Branscen. personaliter comparens Nobilis Stanislaus Frankowski olim Matthaei filius sanus mente et corpore existens palam ac libere recognouit. Quia Nobili Joanni Frankowski fratri germano tenetur esseque debitor certi veri ac liquidi debiti mutuatae pecuniae viginti florenorum polon. Et eandem summam pro festo Sacratissimi Corporis Christi proxime futuro submittens se soluere sub vadio simili. Et perempta coram officio praesenti remissione ac satisfactione omnibus iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se uti abrenunciando.

Szablowski Poplawy Intromissio.

Ministerialis Regni Gnalis Crassky Joannes Siekoczki cum suo authentico et iuramento super illud praestito officio praesenti bene noto coram eodem officio personaliter stans publice et libere recognouit. Quia ipse feria secunda proxime praeterita una cum Nobilibus duobus Jacobo et Matthia Poplawskiemi sibi gratia euidentioris testimonii adiunctis condescendendo ad bona Poplawy ibidem Nobilem Andream